

## AD M. LUTHERVM.

eundem modum, de re hac loqui. Sed de his abunde ab alijs scriptum est. Si modo permetteret Lutherus & non stralegi atq; legi cum iudicio libero, ne qui in morem hostium ueritatis, legendis nostris, uel interdicerent per magistratus, uel improbis præiudicijs, ab eis absterrerent. Sed Dominus uiderit, ut apud suos nihilominus, suo tempore, ueritas locum inueniat.

## RESPONSIO AD QVARTVM.

Gloriatur Lutherus significatistas se ante tres annos confutasse, argumentis adhuc inuictis, quod sibi forte ita uidetur, & ijs qui nostra aut non legunt, aut uinci scriptura atq; ratione nolunt. Summum illic argumentum est. Si hic admitteretur, est, pro significat accipiendum, oportet et id, & alibi admittere, atq; ita cum dicitur Christus est Deus & homo, interpretari posset, significat Deum & hominem. Atqui hoc non sequitur, innumera enim loca scripturæ sunt, quibus abunde probatur, ubi dicitur Christus est Deus & homo, est, ὡς αὐτὸν ἕως accipiendum. Sed da unicum locum, qui probet uel à Christo ipso, uel à nobis per uerba illa, panem realiter & corporaliter idem unquam factum aut fieri, quod C H R I S T I corpus est. Contrarium autem ijs qui ueritati aures non obturant, clare admodum probatur, uel eo, quia panis in Christi cæna panis re ipsa corporaliter mansit, nõ igitur fuit realiter & corporaliter mutatus. Tota scriptura

IIII.

D 4 præte=